



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ammiani Marcellini Rervm Gestarvm Liber Vigesimostrimvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

675
AMMIANI MARCELLI

NI RERVM GESTARVM

LIBER VIGESI

MVS PRIMVS.



INTERCLVSO hac bellorum difficili sorte Cōstantio, trans flumen Euphraten Iulianus agens apud Viennam, formandis in futura consilijs dies impendebat & noctes, quantum opes patiebantur angustæ, altius semet attollens: semperq; ambicens utrum Constantiū modis omnibus alliceret, priorq; solícite reputans in concordiam, an terroris incutien di gratia lacefferet. utrūq; formidabat, & amicum cruentum, & in erumnis ciuilibus sæpe uictorē. Maximéque Galli fratris exemplum, mentem eius anxiam suspendebat: quem inertia mixtæque periurijs fraudes prodidere quorundam. Erigebat tamen aliquoties animum ad multa & urgentia, tutissimum ratus inimicum se ex confesso monstrare ei, cuius ex præteritis metū coniectabat ut prudens, ni per amicitias fictas insidijs falleretur occultis. Paruit igitur auitis, quæ per Leonam Constantius scripserat: nullóque arbitrio eius promoturum suscepto præter Nebri dium, quinquennalia Augustus iam ædidit, & ambitioso diademate utebatur lapidum fulgore distincto, cum inter exordia principatus adsumpta uili corona, qua circumdatus erat Xystarches similis purpurato. Inter quæ Helenæ coniugis defunctæ suprema miserat Romæ in suburbano uia Momentanæ condenda, ubi uxor quoq; Galli quondam soror eius sepulta est Cōstantina. Accidebat autem, in crudebatque eius cupiditatem pacatis iam Gallis incessere ultro Constantium. Coniiciens eum per uaticinādi præfagia multa, quæ callebat, & somnia, è uita protinus excessurum. Et quoniam erudito & studioso cognitionum omnium principi maliuoli prænoscenti futura prauas artes adsignare: Aduertendum est breuiter, unde sapienti uiro hoc quoque accidere poterit, doctrinæ genus haud lene, elementorū omniū spiritus, utpote perennium corporū præsententi motu semper & ubique uigens, ex his quæ per disciplinas uarias adfectamus, participat nobiscū munera diuinandi, & substantiales potestates ritu diuerso placatæ, uelut ex perpetuis fontium uenis uaticinia mortalitatis suppeditant uerba, quibus numē præesse dicitur Themidis: quam ex eo quod fixa fatali lege decreta præscire fas sit in posterum, quæ rhetimena sermo Græcus appellat, ita cognominatā in cubili, solioq; Iouis uigoris uiuifici Theologi ueteres conlocarunt. Auguria & auspicia non uolucrum arbitrium futura nascētium conliguntur: nec enim hoc uel inspiens quisquā dicet: sed uolatus auium dirigit deus, ut rostrum sonans, aut præteruolans pinna turbido meatu uel leni futura præmonstret. Amat enim benignitas numinis, seu quod merentur

Inimicus ex confesso.

Ambitioso diademate utebatur. Xystarches.

Origo uaticiniorum. Spiritus elementorum.

Volatus auium.

M m 2 homines

hominēs, seu quod tangitur eorum affectione, hisq; artibus prodire, quæ impē
 dent. Extis item pecudū ad tenti fatidicis, in specie conuertit sūeti innumeras oc-
 cidēntias sciunt. Cuius disciplinæ Tages nomine quidā monstratur (ut fabulan-
 tur) in Etruriæ partibus emerisse subito, uisus è terra apparuisse, nūc quoq; uen-
 tura cū existimant hominū corda, exta loquuntur diuina. Sol em̄ (ut aiunt phy-
 sici) mens mundi, nostras mentes ex sese uelut scintillas diffunditans, cū eas in-
 cēderit uehementius futuri conscias reddit. Vnde Sibyllas crebros edicunt ar-
 dore torrente, uī magna flammā multā significant. Super his crepitus uocū,
 & occurrentia signa tonitrua, quinetiam & fulgura, & fulmina, itidemq; syde-
 rum sulci. Somniorum autē rara fides, & indubitabilis foret: nī ratiocinātes cō-
 iectura fallerentur. Interdūq; ut Aristoteles adfirmat, infixā sunt, & stabilia: cū
 animantes altius quiescentis oclularis pupilla neutrobi inclinata rectissime cer-
 nit. & quia uanities aliquoties plebeia strepit, hæc impite mussando si esset præ-
 sentiendi notitia quædā, cur ille se casurū in bello, uel alius hoc se passurū igno-
 rauit: aut illud sufficit dici, quod & Grammaticus locutus interdū est barbare,
 & absurde cecinit Musicus, & ignorauit remedium Medicus: & nō ideo Gram-
 matica, nec Musica, nec Medicina subsistit. Vnde præclare hoc quoque, ut alia,
 Tullius signa ostenduntur ait ab his rerum: in his si quis errauerit, nō deorū na-
 tura, sed hominū coniectura peccauit. Ne igitur extra calcē, quod dicit, sermo
 decurrens lecturo fastidium ferat, ad explicanda prospecta reuertamur. Cum
 apud Parisios adhuc Cæsar Iulianus quatiens scutū uarijs motibus exerceretur
 in campo, assulas quis orbis erat compaginatus, in manu excussit, ochana remā
 ferant sola: quæ retinens ualida manu stringebat, territisq; ut omine diro præ-
 sentibus cunctis, nemo, inquit, uereatur, habeo firmiter, quod tenebam. Itē cum
 apud Viennā postea quiesceret sobrius, hora mediā noctis imago quædā uisa
 splendidior, hos ei uersus heroes modo non uigilanti aperte dixit, eadem sã-
 pius replicando, quibus fretus nihil asperum sibi superesse existimabat.

Agebat itaq; interim, nihil de statu rerū præsentium mutans, sed animo tran-
 quillo, & quieto incidentia cuncta disponens, paulatimq; sese conroborens di-
 gnitatis argumento, uirium quoq; congruerent incrementa, utq; omnes nullo
 impediēte ad sui fauorē inliceret, adherere cultui Christiano fingebat, à quo
 iam pridem occulte descuerat arcanorum participibus paucis, aruspiciæ au-
 gurijsq; intētus, & cæteris, quæ deorū semp afficeret cultores. Et ut hæc interim
 celarentur, feriarū die quæ celebrantes mense Ianuario Christiani Epiphaniam
 dictitant, progressus in eorum ecclesiam solenniter numine orato discessit. Dū
 hæc ita aguntur, propinquante iam uere, nuncio percitus inopino, ad tristitiam
 uersus est, & mærorem. Didicit enim Alemānos à pago Vadomarij exorfos.
 Vnde nihil post ictū fœdus sperabatur incommodum uastare confines Rheti
 tractus, nihilq; sententiæ intentatum manus prædiarias fusius discurrentes,
 quod indissimulatū rediuiuas bellorum materias excitaret, Libinonem quen-
 dam Co-

Tages mon/
 stratur.

Sol mens
 mundi.

*

Grammaticus.

Ne extra cal-
 cē sermo de-
 currat.

Iuliani ostē-
 ta.

*

Adherere
 cultui Chri-
 stiano finge-
 bat.

Epiphania.

Rediuiuas
 bellorū ma-
 terias.

dam Comitem cum Celtis, & petulantibus misit hyemantibus secum negociū, ut poscebat ratio, correcturū. Qui cum mature prope oppidum Sanctionem uenisset, longe uisus à Barbaris, qui iam certamina meditantes sese per ualles abdiderant. Hortatusq; milites licet numero impares, cupidine tamen pugnan- di uehementius inritatus incōsulte Germanos, interq; dimicandi exordia ipse concidit omnium primus: cuius interitu erecta Barbarorum fiducia, Romanis- que ad ducis uindictam adensis certamen committitur obstinatum, & urgen- te magnitudinis mole disiecti sunt nostri, occisis paucis, & uulneratis. Cum hoc Vadomario, & Gundomado eius fratre itidem rege Constantius (ut iam rela- tum est) firmauerat pacem. Post quæ mortuo Gundomado, hunc sibi fore exi- stimans fidum, secretorumq; taciturnum executorem, facialem mandauerat, si famæ solius admittenda est fides. Scribebantq; ut tanq; rupto sanè concordiaē pacto subinde Collimitio sibi uicina uexaret. Quo Iulianus admetuens, nusq; à tutela discederet Galliarum, quibus & dignum est credere obtemperatis. Va- domarius hæc & similia perpetrabat, ad perstringendum, fallendumq; miris modis ab ætatis primitiis callens: ut postea quoq; ducatum per Phœnicem re- gēs ostendit. Sed re ipsa conuinctus abstinuit. Capto enim à stationarijs mili- tibus notario, quem miserat ad Constantium, scrutatoq; si quid portaret, epi- stola eius reperta est, in qua præter alia multa id quoq; scripserat: Cæsar tuus di- sciplinam nō habet. Iulianum autem in exitiale malum eruptura. Consideras tuam suam, prouinciarumq; locaret in tuto, & iniit consiliū tale. Philagriū nota- rium, Orientis postea Comitem ad eas miserat partes, cuius prudentiæ fidebat olim sibi compertæ: eiq; inter multa, quæ pro captu instantiū rerum erat actu- rus, signatam quoq; chartulam tradidit, mandauitq; ne aperiret uel recitaret: ni- si Vadomario uiso. cis Rhenum perrexit Philagrius, ut præceptū est, eoque præ- sente, & negocijs adstricto diuersis transgressus Vadomarius flumen, ut nihil in profunda metuens pace, nihilq; secus gestorū simulans scire, uiso præposi- to militum ibi degentium pauca locutus, ex more ultro semet, ut suspicionis ni- hil relinqueret abiturus, ad conuiuium eius uenire promisit, ad quod erat iam Philagrius inuitatus, qui statim ingressus rege conspecto imperatoris recorda- tus est uerba, cauatusq; rem seriam, & urgentem, ad diuersorium redit, scriptis- que lectis doctus quid agi conueniret: confestim reuersus discubuit inter cete- ros. Finitisq; epulis Vadomarium fortiter adprehensum rectori militum arcte custodiendum apud signa commisit, textu lecto iussorum, comitibus eius ad sua redire compulsis, super quibus nihil fuerat imperatum. Exhibitus tamē idē rex ad principis castra, iamque spe ueniæ omni præclusa, cum interceptum no- tarium, & quæ scripserat ad Constantium comperisset, iam publicato conuicio- ne quidem tenus compellatus missus est ad Hispanias, idem in studio curabat ingenti, ut Iuliano discedente à Gallijs, immanissimus homo prouinciarum sta- tum ægre compositum licentius conturbaret, hoc eo neglectior Iulianus regis opinione citius intercepti, quem profecturus ad longinqua formidabat, nihil

Collimitiū.

Cæsar tuus
disciplinam
nō habet.
Comes oriē-
tis.

Mm 3 remitten.

remittentibus curis Barbaros adoriri disposuit, quos peremisse Libinonē comitem in congressu cum militibus docuimus paucis. Et ne rumor aduentus sui eos ad remotiora traduceret, superato Rheno nocte alto silentio, cum auxiliorum expeditissimis globis, nihil metuentes huiusmodi circumuenit, excitatosq; hostilium fragores armorum dum gladios circumspiciunt & tela, celeriter inuolauit, & quosdam occidit orantes, alios prædam offerentes dedititios cepit, reliquis qui remansere pacem precantibus dedit, quietem pollicitus firmam. Quæ dum mentibus aguntur erectis, coniectans quantas intestinæ cladis excitaue-
Celeritas
utilissima.
Placata Bel-
lona.
Oratio Iulia
ni.
Plus audire
q̄ loqui.
Irruptiones
Alemānoꝝ.
Crebritas.
Daciarum
fines extimi.
 rat moles, nihilq; tamen conuenire conatibus subitis: quam celeritatem sagaci præuidens mente, professa palam defectione securiorem fore existimauit: incertusq; de militum fide, placata ritu secretiore Bellona, classico ad concionē exercitu conuocato, saxeo suggestu insistens. Iamq; ut apparebat fidentior hæc clarius solito diserebat: Iam dudum tacita deliberatione uos æstimo magni commilitones rerum gestarum exercitatissimi, amplitudinem huius operis consulturos, ut euentus qui sperantur perpendi possint, & præcaueri. Plus enim audire q̄ loqui militem decet actibus coalitum gloriosis: nec alium spectatæ æquitas sentire rectorem, q̄ quem mea laudare digne potuerunt & probare. Vt igitur quæ proposui abiectis absoluam, aduertite oro beniuole, quæ sermone breui percurram. Arbitrio dei cælestis uobis inter ipsa iuuentæ rudimenta permixtus irruptiones Alemānoꝝ adfiduas, & Francorum, populandiq; uigentem licentiam fregi, & uigorem comminui Romanis agminibus: quoties liber Rhenum peruium feci: contra rumorem fremitus, gentiumq; ualidarum uiolentos excursus stando immobilis uirtutis uestræ nihilominus firmamento cōsifus. & hæc laborū quos exhausimus Galliæ spectatricis, post funera multa, iacturasq; recreatæ diuturnas, & graues posteritati per ætatum examina commēdant. At nunc cum autoritate uestri iudicij, rerumq; necessitate compulsus, ad Augustū elatus sum culmen, deo uobisq; fautoribus, si fortuna cæptis fulserit, altius affecto maiora id per me ferens, quod exercitui, cuius æquitas, armorumq; indaruit magnitudo, domi moderatus uisus sum, & tranquilla luce in crebritate bellorum contra speratas gentium copias consideratus & cautus. Vt igitur aduersa præueniamus mentium societate iunctissima, sequimini uiam, consiliūque salutare (ut puto) cum integritas rerum intentioni nostræ, uoluntatiq; respondeat: & dū maioribus uacant præsidijs regionis Illyricæ impræpedito cursu tendentes, Daciarū interim fines extimos occupemus. Exinde quid oporteat bonis successibus instruendi: ut quos ex more fidentium ducum, iuramento quæso concordiam spondate mansuram, & fidem operum sedulam, & solitam, ne quid agatur inconsultum: & signa æque producturi, si quis exegerit incorruptam conscientiam meam, quod nihil uoluntate prætereat, quæ in commune conducunt, aggrediar ubi tentabo. Illud sanè obtestor, & rogo obseruare, ne impetu gliscentis ardoris in priuatorum damna quisquam uestrum exiliat: id cogitans, quod ita nos illustrarunt hostium innumeræ strages, ut indemnitas prouinciarum, & salus exemplis uirtutum prouulgata. Hoc sermone imperatoris uice

ris uice alicuius oraculi comprobato, mota est incitatus multitudo rerū cupida nouandarum, unanimi consensu uoces horrendas immani scutorum fragore miscebat: magnum, elatumque ducem, & ut experta est, fortunatum dominatorem gentium adpellans, & regum, iusque uniuersi in eius nomen iurare solenniter: gladijs ceruicibus suis admotis sub execrationibus diris uerbis iurauere conceptis, omnes pro eo casus quoad uitam profuderit, si id necessitas egerit, perluros: sequuti rectores, omnesque principes proximis fidem simili religione firmavit. Solus omnium licet proposito temerario, audacter tamen praefectus repugnauit Nebridius, iusiurandi nexu contra Constantium nequaquam se constringi posse commemorans, cuius beneficijs obligatus erat crebris, & multis. Quibus auditis constanter propius milites acriter inflammati cum adpetere trucidandum, ad genua sua prolapsus Imperator paludamento protexit. Inde reuersus in regiā cum ante gressum eum uidisset, supplicemque iacentem orare, ut leuandi causa timoris ei porrigeret dexteram. Et quid ait praecipuum amicis seruabitur, si tu manum tetigeris meam? Sed hinc quod libet abi securus. hocque audito ille innoxius ad larē suum recessit in Tusciam. His Iulianus, ut poscebat negotij magnitudo, praestructis, expertus quid in rebus tumultuosis ante reuersionem ualeat, & praegressus per tesseram edicto itinere in Pannonia castris promotis, & signis, temere se fortunae commisit ambiguae. Replicare nunc conuenit tempora: & narrare summam, quae dum aguntur in Gallijs antedicta, Constantius hyemans Antiochia, domi, militiaeque perfecit. Inter complures alios honores conspicuos oratores ad imperatorem peregre uenientem ordinantur, etiam ex tribunis insignibus. Cum igitur a Mesopotamia reuersus Constantius hoc exciperetur officio, Amphilotius quidam ex tribu Nopaphlago, quem dudum sub Constante militante discordiarum seuisse causas, inter priores fratres suspicionem contiguae ueritati pulsabant: ausus paulo petulantius stare: ut ipse quoque ad parile obsequium mittendus agnitus sit, & prohibitus: strepentes multis, & intueri lucem ulterius non debere damantibus, ut perduelem & obstinatum. Constantius circa haec lenior solito: Desinite ait arguere hominem, ut existimo fontem: sed nondum aperte conuictum. Et memē

Dominator gentium. Iurant milites.

Paludamentum. Clementia Iuliani.

Edicto itinere in Pannonia. Replicatio summam.

Ipsi sententia punietur.

Mirum. Efflante spiritum.

Faustina coniunx Constantij.

M m 4 pratorio

prætorio per Illyricum ad eius mittitur locum. Cumq; Tauro itidem præfecto prætorio per Italiam amplissimi suscepit insignia magistratus, parabantur nihilominus externorum, atq; ciuiliū instrumenta bellorum: & agebatur turmarū equestrium numerus: paricq; studio supplementa legionibus scripta sunt, indiētis per prouincias tyrocinijs, omnisque ordo, & professio uexabatur: uestem armæque exhibens, & tormenta, aurum quinetiam, & argentum, multiplicēque rei cibariæ copias, & diuersa genera iumentorum. Et quia Persarum regis ad difficultatem hybèrni temporis egere constructa re cibaria ualidior impetus timebatur, ad Transigrinos reges, & Satrapas legati cum muneribus missi sunt amplis, monituri cunctos & hortaturi nostra sentirent, nihil fallax tentare, uel fraudulentum. ante omnia tamen Arfaces, & Meribanes Armenia, & Hiberiæ reges cultu ambizioso indumentorum emercabantur: Et multi formibus donis damna negocijs Romanis inlaturi, si rebus etiam dubijs desciuisent ad Persas. Inter tot urgentia Hermogene defuncto, ad præfecturā promouetur Helpidius, ortus in Paphlagonia, aspectu uilis, & lingua: sed simplicioris ingenij, incruentus, & mitis: adeo ut cum ei coram innocentem quendam torquere Constantius præcepisset, æquo animo abrogari sibi potestatem orabat, hæcque potioribus alijs ex sententia principis agenda permitti. Rigore itaque instantium negociorum anceps Constantius quid capefferet ambigebat diu, multumque anxius utrum Iulianum peteret & longinqua, an Parthos repelleret iam transituros, ut minabantur, Euphraten: hærensque tandem cū dubius communicato sæpe cōsilio in id flexus est, ut finito propiore bello, uel certe mollito, nullo post terga relicto quem formidaret, Illyrijs percussis, & Italia, ut rebatur, Iulianum inter exordia ipsa ceptorum tanquam uenaticam prædam caperet. hoc enim ad leniendum suorum metum subinde prædicabat: Tamēne intempesceret, aut commississe uelle uideretur aliud late aduentus sui terrorem, ubi quid is pergens, ueritusque, ne Africa absente eo perumperetur, ad omnes casus principibus opportuna uelut finibus Orientis egressus per mare notarium misit Gaudentiumque, quē exploratorem actuum Iuliani per Gallias aliquandiu fuisse præstrinximus. Hunc enim obsequio celeri cuncta cōsideratione genuina efficere posse sperabat, quod aduersum partem merueret offensam, & properabat nactus hanc opportunitatem commendari Constantio, quem credebat proculdubio uictorem, nemo enim omnium tunc ab hac constanti sententia discrepabat, qui cum eō uenisset, mandatorum principis memor, per literas Cretione Comite quid ageretur edocto, reliquisque rectoribus lecto, uindici militi fortiore. Translatisque ab utraque Mauritania discursatoribus expeditis, Aquitaniæ, & Galliæ obiecta littora tuebatur arctissime. Neque id consilium fefellit Constantium. Eo enim superstite nullus aduersorum illas tetigit terras, licet oram Siciliensem à Lilibeo potentiam, & Pachino multitudo seruabat armata, si patuisset facultas, ocyus transitura. his pro rerum ratione ut sibi prodesse existimabat Constantius, alijsque minutis leniter ordinarijs docebatur & literis, Persarum copias in unū coactas rege præunte iam

Indiētis per
prouincias
tyrocinijs.

Cultus indu-
mentorum
ambitiosus.

Simplicioris
ingenij.

te iam prope margines tendere Tigridis, incertum quonam erigeret cogitatus. Quibus percitus, ut propius agens futuros possit anteuire conatus, quam primum hibernis egressus, accito undiq; equitatu, peditumque robore, quo uidebat per Capellanam Euphrate nauali ponte transcurso, Edissam petit uberem comeatibus, & munitam. Ibi parumper oriens dum exploratores aut perfugæ motum castrorum hostilium indicarent: Discedens inter hæc Iulianus à Rauracis, per actis quæ docuimus dudum, Salustium præfectum promotum remisit in Gallia Germanico iusso uicem tueri Nebridij. Itidemq; Neuitæ magistrum commisit armorum Cumaorium proditorem antiquum, timens quo eum scutarios ageret latantem prodidisse Vetarionem suum principem audiebat, & Iouio quæsturam, cuius in actibus Magnetij meminimus, & Mamertino largitiones curandas, & Dagalaiphum præfecit domesticis: Aliosque ex arbitrio suo militibus regendis adposuit, quorum merita norat, & fidē. Profecturus itaque per Martianas sylvas, uiasque iunctas Histri fluminis ripis, inter subiecta uehementer incertus id uerebatur, ne contemptus, ut comitatibus paucis multitudinem offenderet repugnantem: quod ne fieret, consilio solerti præuidit, & agminibus distributis per itinera Italiae nota quosdam præparatos cum Iouina misit, & Iouio alios per mediterranea Rhetiorū magistro equitum Neuitæ commissos, quod diffusi per uariam opinionem numeri præberent animos, formidinēq; cuncta complerent. Id em̄ & Alexander Magnus & deinde alij plures, negotio ita poscente, periti fecere ductores. Mandabat tamen egressis, & tanq; hoste protinus occurso tutius graderentur, stationesq; nocturnas agerent, & uigilias: nemo prouiso suo, nemo nudaretur excursu, quibus uidebatur apte dispositis more quo tractus perruperat sæpe barbaricis contextis successibus fidens porrectius ire pergebat. Cūq; ad locum uenisset unde nauigari fuisse didicit flumen lembis extensis, quos opportunos fors dederat plurimos, per alueum quantū fieri potuit, ferebatur occulte. Ideo latens quod toleranter, & fortiter nullius cibi indigens mundioris: sed paucis contentus, & uilibus, oppida forinsecus trāsibat, & caute, imitatus Græcum illud Cyri ueteris dictum: Qui cum delatus ad hospitem interrogaretur ab eo quid ad conuiuū parari deberet, panē responderat solum: sperare enim aiebat prope riuum cœnaturum. Fama uero, quæ mille, ut aiūt, linguis rerū misere exegerat fidem, per Illyricos omnes celebrior fundebatur, Iulianum strata per Gallias multitudine regum, & regentium numerofo exercitu, & successibus tumidum uarijs aduētare. quorum repercussus præfectus prætorio Taurus, ut hostem uitans exterium iure discessit, uetusque mutatione celeri, cursu publico transitis Alpibus Iulij, eodem ictu Florentium itidem præfectum secum abduxit. Leuibus tamen indicijs super Iuliani motu Lucillianus percitus comes, qui per illas regiones rem curabat, ea tempestate castrensem agens, quem apud Syrmium milites congregans, quod ex stationibus proprijs acciri celeritatis ratio poscebat permittebatq; uenturos resistere cogitabat. Sed ille ut fax uel incensus malleolus uolucriter ad destinata festinans, cum uenisset Bononiam, à Syrmio miliario

Mamertin⁹.

Alexander Magnus.

Iulianus et
bis uilibus
contentus
Cyri dictū.Ille ut fax uel
incensus mal-
leolus.

liario nono paratam & decimo, senescente luna, ideo obscurante noctis maximam partem, è naui exiliuit improuisus, statimq; Dagalisum misit cum expeditis ad Lucillianum uocandū, trahendūq; si reniteretur. Qui cū etiā quiescēs cum strepitu exercitus turbulento uidisset ignotorum hominum se circulo circūseptum, concepto negotio, & imperatorij nominis motu præstrictus, præceptis paruit inuictissimus: sequutusque alienum arbitrium magister equitū paulo ante superbus, & ferox, iumento impositus repentino, principi captiuus offertur, ignobilis oppressam terrore uix conligens mentem. Verum cum primitus uisus, adorandæ purpuræ datam sibi copiam aduertisset: recreatus tandē, suiq; securus, incaute, inquit, imperator, nam temere cū paucis alienis partibus te cōmisisti amarum, cui Iulianus subridens, hæc uerba prudentia, serua, inquit, Constantium, maiestatis enim insigne, non ut consiliario tibi, sed ut desinas pauere porrexi. Nihil deinde amoto Lucilliano differendū, nec agendum segne ratus, ut erat in rebus trepidis audax & confidentior, ciuitatem ut præsumebat deditiam petens, citis passibus incedebat: eumq; suburbanis propinquantem amplis nimirūq; protentis, militaris & omnis generis turba cum lumine multo, & floribus, portisq; faustis Augustum appellans & dominum, duxit in regiā, ubi euentu latus & omine firmata spe uenturorum, quod ad exemplum urbium matris populosa: ut celebris per alias quoq; ciuitates ut Sydus salutare suscipere tur: dicto postridie curuli certamine, cū gaudio plebis, ubi lux excædui ad tertiam horā impatiēs percursis aggeribus publicis Sueuconos, nemine auso resistere præsidij occupauit. Idemq; tuendis Neuitam præfecit ut fidū, cuius loci situm nunc conueniet ostendi. Confertæ celsorum montium summitates Hemi & Rhodopes, quorum alter ex ipsis Histri marginibus, alter ab Axij fluminis citeriori parte consurgit, in angustias tumulosis collibus desinunt, per Illyricos interscindunt & Thracas, hincine mediterraneis uicis & Dardanes, inde Thracias despectantes & Philopopolim ciuitates amplas & tanq; in ditionem Romanam redigendas nationes circumscitas prænoscente ita figurate consule, inter artos colles quondam hiantes obscurius ad magnitudinem splendoris remque. Postea res Latio patefactæ sunt carentes aditibus, quæ aliquoties dant magnorum ducum, populorumque repellere conatus, & pars quæ Illyricum spectat mollius ædita, uelut incauta subinde superatur. Latus uero è regione oppositum Thracijs prona humilitate diruptum, hincq; & inde fragorosis tramitibus impeditum, difficile scanditur etiam nullo uetante. sub hac altitudine aggerum utrobique spaciosa camporum planicies iacet superior, adusque Iulias Alpes extentam ita respicit & panda, ut nullis habitatur obstaculis adusq; fretū & Propontidem, his ut in re alijsq; urgent cōpositis magistro equitum illic relicto, imperator reuertitur Nesum copiosum oppidum, quo inde præterdit cuncta disponere suis utilitatibus profutura. ubi uictorem apud Syrmium uisum scriptorem historicum exinde uenire præceptum, Pannoniæ secundæ consularē præfecit, & honorauit ænea statua uirum sobrietatis gratia multilaudum, multo post ubi præfectum iam altius extollens est, nunquam cre-

Sydus salutare.

Hemus, Rhodope tumulosis collibus.

Iulias Alpes.

dens ad

dens ad concordiam prouocari posse Constantium, oratione acrem, & inuectiua probatum, quadam in eum explanantem, & uitia scripserat, quæ recitarentur in curia, eminuit nobilitatis cum speciosa fidutiā benignitas grata, exclamatum est enim in unum cunctorum sententiā ad senatum. Quæ cum Tertullo administrante adhuc præfecturam, congruente autore tuam reuerentiā rogamus. Tunc & memoriā Constantini, ut nouatoris, turbatorisque priscaſ legum, & moris antiquitus recepti uexauit: eum aperte incuſans, quod Barbarorum omnium primus aduſque falces auxerat, & trabeas conſulares inſulſe nimirum & leuiter, qui cum uitare deberet id quod inſeſtius obiurgauit, breui poſtea Mamertino conſulatum iniunxit, nec uita, nec ſplendore, nec uſu, nec gloria horum quiſquam ſimilis, quibus magiſtratum detulerat ampliſſimum Conſtantius, contra inſummatum, & ſubagreſtem & quod minus eſt etiam ferendum, celfa in poteſtate crudelem. Hæc & talia cogitanti ſollicitant, quæ ſuper maximis rebus & ſerijs nuncijs metuendus intematur & inſperatus, auſa indicans quorundam immania impeditura curſus eius ardentes ac uigilantes. Hæc quoque antequam adoleſcerent hebetiſſe quæ breuiter experientur duas legiones Conſtantiacas, addita una ſagittariorum cohorte, quas inuenerat apud Syrmium, ut ſuſpectæ adhuc fidei, per ſpeciem neceſſitatum urgentium miſit in Gallias, quæ per diu, pernoxq; per ſpacia itinerum longe, quod Germanos hoſtes truces & adſiduos formidantes nouare quædam moliebantur, autore & incitatore Nigrino, equitum turmæ tribuno in Meſopotamia genitoræque, digeſta per ſecreta conloquia, & alio robato ſilentio cum Aquiliam perueniſſent urbem ſitu & opibus murisque circumdatam ualidis, eam hoſtiliter repente clauſere, iuuante indigena plebe tum multum horrore, cui Conſtantij nomen erat, tum etiam initium, & obſeratis aditibus, turribusque armatis, & propugnacula futura concertationi præparabant utilia, interim ſoluti & liberi. hocq; facinore ita audacia ad ſauendum Conſtantij partibus ut ſuperſtitis Italicos incolas excitabant. Quibus Iulianus acceptis, agens tunc apud Neſſum, nihil à tergo timens aduerſum, legensque & audiens hanc ciuitatem circumſeſſam quidem aliquoties, nunquam tamen exciſam, aut deditam, impenſiore ſtudio ſibi ſociare, uel fraude, uel diuerſis adulationū generibus, anteq; maius oriretur aliquid, properabat. Ideoque Iouinum magiſtrum equitum uenientem per Alpes, Noricosq; ingreſſum ad id quod exarſerat quoquo modo corrigendum redire citius imperauit. Et ne quid deeſſe milites omnes qui comitem ſequebantur, aut ſigna retineri iuſſit per idem oppidum tranſeuntes pro uiribus laturis auxiliium. hiſque diſpoſitis ipſe haud diu poſtea cognita morte Conſtantij, diſcurſis Thracijs Conſtantinopolim introijt, ac ſæpe doctus certius fore id obſidium quàm uerendum, immo nec cum communibus alijs ad hoc deſtinato remouit exinde Iouinum, aliquæ potiores flagitabant neceſſitates acturū. ordine itaq; ſcutorū gemino Aquileia circumſepta, concinentibus ſententijs ducū, conueniens uifum eſt ad deſidationem allicere deſenſores minaciū blandorumq; uarietate ſermonū. & multo

Oratio Inuectiua.

Mamertinus
conſul.
Contra Mamertinum.Conſtantiaca
legiones.

Situs Aquileia.

Iouinus.

Aquileia obſidetur.

tis ultro

Curata cibo
fomnoq;
corpora,

Commentū
admirandū,

Ponticulos
compagiv
narunt,

*

Elati super
capita scuti.
Saxis mura
libus oppetebant.

tis ultro, citroq; dictatis, in immensum obstinatione gliscente ex conloquio re-
fecta disceditur. & quia nihil præter pugnam iam spectabatur, curatis utrobique
cibus somnoq; corporibus, aurora iam surgente, concrepante sonitu buccino-
rum, partes accensæ in clades mutuas, ferocientes magisque consultius datis cla-
moribus ferebantur. Pluteos igitur efferentes oppugnatores, cratesq; densius
tectas sensim incidentes: cautes murorum imas effodere ferramentorum multi-
tudine conabantur, catos plerique emittentes ad mensuram moenium, pars clau-
saq; parietibus uolutis in pronum conlisa, pars confixi stridentibus iaculis, retro,
que gradientibus auerterunt secum omnes alios, metu similiū à proposito pu-
gnandi detortos. Hoc primo congressu erecti in audaciam clausi adsumpta fi-
ducia meliorum paruidebant restantia, mentibusq; fundatis, & compositis,
opportuna indefesso labore, uigilias, & cætera subsidia securitatis morantes im-
plebant. Contra munitores licet pauore discriminum anxii, pudore tamen ne-
focordes uiderentur & segnes, ubi parum uis procedebat Marte aperto ten-
tata, ad instrumenta obsidionalium artium transtulerunt. Et quia nec arietibus
admouendis, nec intentandis machinis uelut possint forari cuniculi, inuenie-
batur quid habile, desperatione breui ciuitatem Lysimachiam amni præterla-
bente, commentum excogitatum est cum ueteribus admirandum. Constru-
ctas ut loci studio ligneas turres propugnaculis hostium celsiores imposuere
trigeminis nauibus ualde sibi connexis, quibus insistentes armati uno, parique
ardore prohibitores dispellere collatis ex propinquo uiribus nitebantur, sub-
tereq; expediti uelut è Saturni cauernis egressi, iniectis ponticulis, quos ante cõ-
paginarunt, transgredi festinarunt indiuiso negotio: ut dum uicissim missilibus
repetunt & saxis, utrinque secus alte locati his qui transiere per partes nullo mo-
do interpellantes, ædificij parte conuulsa aditus in penetrali

seruarent

iterum summa cepti prudentes aliorum

euasit. Cum enim aduentarent iam turres, contortis malleolis madentibus pice
harundineq; quin etiam sarmentis, ac uario fomite flammarum incescebantur.
quæ quoniam incendio celeri, ponderibusq; trepidæ superstantium inclinata
prociderunt in flumen, armatorum aliqui per earum fastigia interibant, eminus
confixi tormentis. Inter quæ destituti pedites post naualium sociorum occasum
obtriti sunt saxis immanibus, præter paucos, quos morti scilicet impedita suffu-
gia uelocitas exemerat pedum. Ad ultimum certamine producto in uespera, da-
toq; signo receptui ex more ambo digressi, diei residuum animis egere dispari-
bus. Munitorum enim murorum uel tenera cementorum præpropera prohibi-
turi sæpe insuperabili firmabant: licet ipse quoque paucos gerebat amicos, prope-
rabatur tamen nihilominus, & quantum recreandis uiris quiete, & cibo fatiffa-
cit tributo per noctis integræ spacium, reparatur lucis exordio prælium incitato.
tamen toxatarum quidam elatis super capita scuti, ut pugnatu leuius, alij ue-
hentes humeris interea scalas, feruentiq; impetu procurrentes spectatos multi-
formium telorum ictibus exponebant. Alij ferratos portarum obices effrin-
gendos adorti, ultro ignibus petebantur uel saxis muralibus oppetebant. quidam
fossas

fossas fidentius transire conati, repentinis eorum adfultibus, qui erumpebant danculo per perticas ruebant, incaute faucij discedebant. Rursus em̄ ad mœnia tutius uallumq; murorum cespitibus fultum, insidiantes ab omni discrimine defendebant. Et quanq; prohibitores peritia, bellorumq; artibus antestarent: quibus nihil præter mœnium superest adiumentum: conlectus tamē ex potioribus numeris miles diurnas ferre, neq; enim horas suburbano omnia circumibat diligenter inquirens, qua ui uel machinis possit patefactam irumpere ciuitatem. Quod ubi patrare non poterat magnitudine uetante difficultatum, obsideri remissius cœpta est, & excubijs stationibusq; relictis insidiarum mille uastantes agros propinquos, omnibus congruentibus abundabant raptorum pleraq; contubernalibus suis impertientes, unde largiori potu, saginisq; admōdum distenti marcebant. His relatione immuni cōfortiumq; cognitis, Iulianus Constantinopoli etiam tum hybernans, solerti remedio turbatis consuluit rebus, moxq; Agilionē magistrum peditum ea tempestate probe cognitum miserat, ut uiro honoratissimo uiro comperto, quod per eius mortem statim solueretur obsidium. Inter quæ cum incessanter aquarum fiducia, reliqua opera contemnerentur incassum. Placuit resistentis acriter ad deditionem siti compelli, ut ibi aquarum ductibus interfectis, nihilo minus celsiore fiducia repugnarēt. flumen laboribus auertitur magnis, quod itidem frustra est factum. Attenuatis enim auidiōribus bibendi subsidijs, hi quos temeritas clauserat, contenti putealibus aquis parce uixerunt. Quæ dum agitantur casibus antedictis, sine mora hic (ut præceptum est) Agilio scutorum densitate conlectus, prope fidenter accessit, multaq; loquutus & uera, quibus Constantij obitum, firmatumq; Iuliani docebat imperium, sine conuicijs computabatur ut fallax, nec ei quisquam credidit gesta narranti, anteq; pacta salute susceptus ad pugnaculum solus, fide religiosius reddita, ea quæ docuerat, replicaret. his auditis ex diuturno angore portis reclusis, omnes effusus cœpere læti, pacificū ducem, scq; purgantes, Nigrinum totius furoris autorem, paucosq; alios obtulerunt, eorum supplicio crimine læsæ maiestatis, & urbis erumnas expiari poscentes. Paulo deniq; post iudicante præfecto, dirum sceleribus expiandis demandatur negocium Mamer-
tino. Præterea Nigrinus ut acerrimus belli instinctor exustus est uiuus. Romulus uero post eum & Sabostius currus axi uincti fuere, dispicati ut proni in stadia senis. alij rotarum pœna consumpti sunt, terrore duntaxat alij, ut innoxij, quos in certaminum rabiem necessitas egerat, non uoluntas. Id enim æquitate pensata statuerat placabilis Imperator & clemens. Et hæc quidem postea gesta sunt. Iulianus uero agens etiam tum apud Nessum caris altioribus stringebat, multa utriq; permiscens: formidabat enim ne clausorum militum apud Aquileiam repentino adfultu, obseratis angustijs, Alpium Iuliarū prouincias & adminicula perderet, quæ exinde sperabat in diem. Itidemq; opes orientis magnopere uerebatur, audiens dispersum per Thracias militem contra ui subita, cito coactum aduentaret. Sueuconorum confinia Comite Martiano ducente, sed tamen congrua instantium solitudinū mole, Ipse quoq; agitans efficaciter
Nn Illyricum

Numeri.

Remissius
obsidetur
Aquilaia,
Saginis
distenti.Magister
peditum.Contenti
putealibus
aquis.Deditur
Aquilaia
Iuliano.Exustus
uiuus Ni-
grinus.

Illyricum cōtrahebat exercitum, puluere coalitum Martio, promptumq; in ceteraminibus bellicosis iungi rectori: nec priuatorum utilitates in tempore affligenti despiciens, litesq; audiens, controuersias maxime municipalium ordinū, ad quorū fauorem propensior iniuste plures muneribus publicis adnectebat, ibi Symachum repertum & Maximum senatores conspicuos à nobilitate, legatos ad Cōstantium missos, exinde reuersos, honorifice uidit, & potiore posthabito in locū Tertulli maximū, ubi præfectum Aeternæ ad Rufini Vulcari gratium, cuius sororis eum filium norat, hoc administrante, alimentaria res abundauit, & querelæ plebis excitari crebro solitæ cessauerunt. Tunc & securitatem trepidus adferret, & obedientium nutrirer fiduciam, Mamertinum Promertinū præfectum prætorio per Illyricum designauit consulem & Neuitam, qui nuper ut primo augendæ Barbaricæ utilitatis, autorem immoderate notauerat Constantium, his ac talibus, quæ noua negocia commouerant, Constantius apud Edessam exploratorum relationibus uarijs anxius, in rationes ducebatur accipites, nunc ad cōcuratorias pugnas militem struens: nunc si copîa potius esset, & obsidione gemina Bezabden aggressurus, cōsultans prudenter, ne mox partes petiturus Arctoas, improtectum Mesopotamiæ relinqueret latus. Verum consiliorum ambiguum retinebant multiplices moræ, tardante Tigride regem dum moueri permitterent sacra, nam supermeato flumine, nullum qui resisteret, inuenisset: absq; difficultate penetraret Euphratem: alioquin ad ciuilia bella custodiens militem, timebat eum periculis obiectare circummuranis, firmitatē mœnium munimento defensorum alacritatem expertus: ne quiesceret tamen, neue cōtemneretur inertia, Ambitionem & Agilonem, equestrisq; militiæ ministros cum agminibus maximis properare coegit: non ut lacerarent Perfas in prælia, sed prætenturus, quo nam rex erumperet uiolentus, addebatq; monedo sapius & scribendo, ut simulatq; transire cœpisset hostilis, referrent citius pedem. Dumq; commilitia iussa custodiunt duces & occulta, fallacissimæ gentes obseruantur, agens ipse cum parte ualidiori exercitus curuabat genua, uelut pugnaturus oppida quæ tuebatur excursu. Speculatores uero & transfugæ subinde uenientes repugnantia prodebant. Ideo futurorū incerti, quod apud Perfas nemo cōsiliorum est conscius, præter optimates taciturnos & fidos, apud quos silentij quoq; accersebatur à memoratis ducibus Imperator adsidue orantibus ferri sibi suppetias. Testabantur enim se non nisi coactis in unum uiribus cunctis posse impetum regis ardentissimi sustinere. Quæ dum aguntur, ita sollicite nunciij percrebuere certissimi: quorum clara fide compertum est Iulianum Italianam & Illyricum cursu celeri prætergressum, claustra interim occupasse Sueconorum, accita undiq; præstolantem auxilia, ut multitudine stipatus armorum peruaderet Thracias. Quo cognito mœrore offensus Constantius solatio uno sustentabatur, quod intestinos semper superaerat motus, rem tamē magnam & difficultatem ad capeendum consilium adferrent: ei delegit potissimum, ut uehicularibus publicis impositum paulatim præmitteret imminenti casus atrocitati uelocius occursum, omniumq; cōsensu approbata sententia pergebat, ut præceptum

Alimentaria
res.

Mamertin⁹.

Concurfatio
pugnæ.

Commilitia

Apud Per/
fas nemo cō/
siliorum est
conscijs.

ceptum est, expediti. Eicq; hæc disponēti, luce postera nunciat regem cum omni manu, quã duxerat, ad propria reuertisse, auspitijs dirimentibus, lenitocq; metu reuocatis omnibus, præter eos quos consuetudo præsidio Mesopotamiæ destinarat, reuersus est Nicopolim, summa itaq; coeptorū quorsum euaderet ambigens. Cum in unum exercitus conuenisset, omnes centurias & manipulos & cohortes in concionem uocauit concinentibus tubis, oppletocq; multitudinis campo, ut ea adfirmanda promptius adigeret impetranda, tribunali sistens stipitocq; solito densius, hæc prosequutus est ad serenitatis speciem, fiducia uultu formato sollicitus semper: ut quid te leui uel uerbo committam inculte parum cõgruens honestati, utq; cautus nauigandi magister, clauos pro fluctuū motu erigens uel inclinans: Compellor nunc apud uos amantissimi uiri cõfiteri meos errores, quin potius (si dici liceat uerum) humanitatem, quam credidi negocijs communibus profuturam. Proinde ut facilius sciri possit, quæ sit huius concilij conuocandi materia, accipite quæso æquis auribus & secundis, Gallum patrualem tempore quo cõfundendis rebus pertinaciter Magnetius inhærebat, quem obruere uestræ uirtutes, potestate Cæsaris sublimatum ad orientis præsidium, nisi cum iustitia permulta uisu relatocq; nefaria effecisset, arbitrio punitus est legum: atq; utinam hoc cõtempta esset inuidia, turbarum acerrima concitatrix: & angebat nos una, sed secunda doloris præteriti recordatio. At nunc aliud accidit ausim dicere præteritis mœstius, quod per fortitudinem nobis ingenitam, adiumenta cælestia cõcrebunt. Iulianus, quem dum circumferentes Illyricum rationes exteris oppugnatis tuendis præfecimus Gallijs, leuium confidentia præliorum, quæ cum Germanis gessit semicrinibus, ut uecors elatus, adscitis in societatem superbam auxiliarijs paucis, feritate, spẽq; postrema ad perniciosam audaciam promptis, in noxam publicam conspirauit, æquitate calcata parente nutriceq; orbis Romani: quam tumentes spiritus tanquã fauillas se facturam, deinde ut scelestorum ultricem & ipse expertus, & docente antiquitate facile credo, Quid igitur superest, nisi ut turbinibus excitis occurramus subcrefcentis rabiem belli anteq; pubescat ualidius celeritatis remedijs oppressuri. nec em̃ dubium fauore numinis summi præsentis, cuius perenni suffragio damnantur ingrati, ferrum impie præparatum ad eorum interitum esse uertendum: qui non laceffiti, sed aucti beneficijs pluribus, ad infontium pericula surrexerunt, ut enim mea mens auguratur, cælestia rectis consilijs ad futura promitti spondeo: quod si uentum fuerit, cominus ita pauore torpescant: ut nec oculorum uestrorum uibratæ lucis ardorẽ, nec barritus sonum perferant primum. Omnes post hæc dicta in sententiã suam hastas uibrantes irati, post multa quæ de Meneloe responderant, petebant se duci protinus in rebellem, qua gratia in lætitiã Imperator uersus ex metu, concione mox absoluta, Arbitionẽ ante alios faustum ad intestina bella sedanda ex antea actis iam sciens, iter suum præiret cum lancearijs, & mactarijs, & cateruis expeditorum præcepit. & cum lætis itidem Gemoarium uenturi sunt Segusianorum angustijs opponendum, ea re alijs antelatum, quod ut contemptus in Gallijs erat Iuliano infestus. In hoc rerum ad-

Nn 2 uersarum

Vultu formato.

Nauigandi magister.
Oratio Constantij ad milites.

abs'cõtenta.

Iulianus in noxam publicam conspirauit.
Æquitate calcata.

In lætitiã Constantius

Lancearij.

uersarum tumultu hærens eius fortuna iam & subsistens, aduētare casum uitæ
 difficilem, modo non loquentibus signis apte monstrabat. nanq; & nocturnis
 temporibus imaginibus terrebatur, & nondum penitus mersus in somnū um-
 bram uiderat patris obtulisse pulchrum infantem, eumq; susceptum & locatum
 in gremio suo, excussam ibi proiecisse longius spheram, quam ipse dextera ma-
 nu gestabat. Id autem per mutationem temporum indicabat, licet interpretan-
 tes placencia responderent. Post hæc confessus est conuictoribus proximis, qd
 tanquam desolatus secretum aliquid uidere desierit, quod interdum adfuisse
 sibi squalidius æstimabat, & putabatur genius esse quidam tutelæ salutis ad-
 positus, eum reliquisse mundo citius digressum. Ferunt enim Theologi, in lu-
 cem æditis hominibus cunctis, salua firmitate fatali, huiusmodi quædam uelut
 actus rectorum numina sociari, admodum tamē paucissimis uisa, quos multipli-
 ces auxere uirtutes. Idq; & oracula & autores docuerunt prædari. Inter quos est
 etiam Menander Comicus, apud quem hi senarij duo leguntur,

Signa mor-
tis Constantij

Sphæra.

Genius re-
linquit Con-
stantium.

Sociantur
numina.

* Inde sempiternis Homeri carminibus intelligi datur, non deos
 caelestes cum uiris fortibus conloquutos, nec adfuisse pugnantibus uel iuuisse,
 sed familiares genios cum hisdem uersatos: quorū adimniculis præcipuis Py-
 thagoras enituisse dicitur, & Socrates, Numaq; Pompilius, & superior Scipio:
 Et ut quidam existimant, Marius & Octavianus, cui Augusti uocabulum de-
 latum est primo: Hermesq; ter maximus, & Tyaneus Apollonius, atq; Ploti Plotin⁹,
 Hermes ter maximus, Tyaneus Apollonius, mordijs hi genij animis connexi mortalium castas mentes, quas gremijs suis
 susceptas tuentur, quoad licitum est, docentq; maiora, si senserint puras, & à con-
 lutione peccandi immaculatasq; corporis societate discretas. Ingressus itaq;
 Antiochiam festinando Constantius ad motum certaminum ciuiliū, ut sole-
 bat, auide surrecturus paratis omnibus exire properabat, immodice renitenti-
 bus plurimis murmuretenus, nec enim dissuadere palam audebat quisquam
 uel uetare. Autumno iam senescente profectus, cum ad suburbanum uenisset
 disunctum exinde tertio lapide Hippocephalum nomine, lucente iam die, ca-
 dauer hominis interfecti, dextra iacens capite auulso conspexit, contra occiduū
 latius extensum, territusq; omnis finem parantibus fati destinatius ipse tene-
 bat: uenitq; Tharsum, ubi leuiore febre contactus, ratusq; itinerario motu im-
 minutæ ualeitudinis excuti posse discrimen, perit per uias difficilis Myandam
 Ciliciæ ultimam hanc pergentibus stationem, sub Tauri montis radicibus po-
 sitam, egrediēq; sequuto die conatus, ui labente morbi grauitate detentus est:
 paulatimq; urente calore nimio uenas, ut ne tangi quidem corpus eius possit
 in modum foculi feruens, cum usus deficeret medelarum, ultimum spirans de-
 flebat exitium: mentisq; sensu tum etiam integro, successorem suæ potestatis
 statuisse dicitur Iulianum. Deinde anhelitu iam pulsata letali conticuit, diuq;
 cum anima conluctatus, iam discessura, abiit è uita tertio Nonarū Octobrium,
 imperij, uitæq; anno quadragesimo, & mensibus paucis. Post quæ supremis
 cum gemitu

Genius So-
cratis & Sci-
pionis.

Hermes ter
maximus.
Tyaneus
Apollonius.

Autumno
senescente.

Corpus
Constantij.

Moriet Con-
stantius.

cum gemitu conclamatis excitisq; lamentis, & luctu, deliberabant, locum obtinentes in aula regia primum, quid agerent, quidue moliri deberent: Paucisq; occulte super eligendo Imperatore incitante, ut ferebatur Eusebius, quem noxarum conscientia stimulabat, cum nouandis rebus imminēs obsisteret Iulianus: Mittunt ad eum Theolaiplus & Aligildus, tunc comites mortem indicantes, propinqui orantes, ut mora omni depulsa, ad obtinendum obtemperare sibi paratos tenderet orientem. Fama tamē rumorq; loquebatur, interim Constantium uoluntatē ordinasse postremam, in qua Iulianum, ut prædiximus, scripsit heredem: & his quos diligebat, fidei cōmissa detulit & legata. Vxorem autem pregnantē reliquit, unde ædita posthuma, eiusq; nomine appellata, cum adoleuisset, matrimonio iure copulata est Gratiano. Bonorū igitur Iuliorumq; eius differentia uere seruata præcipua, primum conueniet expedire imperatorie auctoritatis coturnum, ubi custodiens popularitatem, elato animo cōtemnebat, & magno erga tribuendas celsiores dignitates impendio parcus. Nihil circa administrationum augmēta præter pauca nouari perpeffus: Nuncq; erigens cornua militaria, nec sub eo dux quisq; cum claritate prouectus est. Erant enim, ut nos quoq; meminimus, perfectissimi: nec occorrebat magistro equitum prouinciæ rector: nec contingi ab eo ciuile negotium permittebat. Sed cuncta Castrenses & ordinariæ potestates, ut honorum omnium apicem prisca reuerentiæ more præfectos semper suspexere prætorianos. in cōseruando milite nimium cautus

examinator: meritorum nonnunq; scrupulosus, Palatinas dignitates uelut ex quodam tribuens perpendiculari, & sub eo nemo celsum aliud acturus in regia repentinus adhibitus est uel incognitus. Sed qui post decennium officiorū magistrum, uel largitiones, uel simile quicquā esset rector, apertissime noscebatur. Valdēq; raro cōtingerat, ut militariū aliquis ad ciuilia regenda transiret, contra qui non nisi puluere bellico indurati præficiantur armatis, doctrinarum diligens adfectator. Sed cum à Rhetorica per ingeniū deseretur obtusum, ad uersificandum transgressum, nihil operepretium fecit, in uita parca & sobria edendi potandiq; moderatione, ualitudinem ita retinuit firmam, ut raras conligeret morbos, sed eos nō procul à uitæ periculis. Id enim euenire temporibus à lasciuia dimotis & luxu, diuturna experimenta & probationes medendi monstrarunt. Somno cōtentus exiguo, cum id posceret tempus & ratio: Perq; spacia ita longissima impendio castus, ut nec mare ministro saltem suspitione tenuis posset redargui: quod crimen etiam si non inuenit malignitas, fingit in summorum licentia potestatum: equitandi & iaculandi maximēq; peritus, dirigendi sagittas, artiumq; armaturæ pedestris perquam scientissimus. Quod autem exterfisse cum nunq; nares in publico, nec spuiffe, nec transtulisse in partem alterutram uultum aliquando uisus est: nec pomorum quoad uixerat, gustauerit: hæc dicta sapius prætermitto, huiusmodi cuncta discente. Et si quis talem increpuisset, in questionem acius exurgens, q̄ ciuilitate spectatores adponebat his litibus truces, mortemq; longius in puniendis quibusdam q̄ natura permitteret, conabatur extendi in eiusmodi controuersiarum partibus, etiam Gallieno

Nn 3 ferocior.

Scrupu-
losus.

Posthuma

Coturnus
imperatoris.
Parcus in
dignitates.

Palatina di-
gnitates.

Vastudo
firma.

Non spuiffe,
uisus in pu-
blico.
Poma non
gustauit.

ferocior. Ille enim perduellionum crebris uerisq; adpetitus insidijs, Aureoli & Posthumi & Ingenui, & Valentis cognomento Thessalonici, aliorumq; pluriū hominū, dinumeratis carptim bonis, quæ scire potuimus, unum ad exemplanda eius uitia ueniamus. Cum esset in negocijs alijs principibus medijs comparandus, si adfectatæ dominationis ansam quandā falsam reperisset, aut leuem hanc sine fine scrutando, fasq; eodem loco ducens & nefas, Caligulæ & Domitiani, & Commodi immanitatē facile superabat: quorū æmulatus sæuitiam inter imperandi exordia, cunctos sanguine & genere se contingentes turpiter interemit. Addebat miserorū erumnis, qui rei maiestatis imminutæ deferebant acerbitas eius & iracundia, suspensiones dein huiusmodi cum adscendente, & si quid tale increpisset in quaestiones, acius exurgens q̄ ciuilitate, spectatores adponebat his litibus truces, mortēq; longius in puniendis quibusdam, si natura permitteret, conabat extendi. In huiusmodi cōtrouersiarū partibus etiā Gallieno ferocior. Ille enim perduellionum crebris uerisq; adpetitus insidijs, Aureoli, & Posthumi, & Ingenui, & Valentis cognomento Thessalonici, aliorumq; pluriū mortem factura crimina quoties lenius uindicabat. Hic etiam facta uel dubia adigebat uideri certissima ui: tormentorum. Tumq; in eiusmodi titulis capitali opera, cum maxime, id ut pius æstimaret & demens, etiam quā ex arida sylua uolantes scintillæ, flatu leui uentorū adusq; discrimina uitiorū agrestium incohibibili cursu perueniunt: ita ille quoq; ex minimis causis malorū congeries exitabat Marci illius dissimilis principis uerecundi, qui cum ad imperiale culmen in Syria assurrexisset, epistolarum fascem ab eo ad conscios missum præliatore raptas, sibi oblatum ilico signatum, exuri præcepit, agens adhuc in Illyrico, ne insidiatoribus cognitus inuitus quosdam habere posset offensos. Vtq; recte sentientes quidam arbitrantur, uirtutis erat potius indicium magnæ, imperio eundem comitantium sine cruore cessisse, q̄ uindicasse tam indementer, ut Tullius quoq; docet crudelitatis increpans Casarem in quadam ad nepotem epistola. Neq; enim quicq; aliud est felicitas, inquit, nisi honestarum rerum prosperitas, uel ut alio modo definiam: Felicitas est fortuna, adiutrix consiliorum bonorū: quibus qui nō utitur, felix nullo pacto esse potest. Ergo in prælijs impijsq; consilijs quibus Casar usus erat, nulla potuit esse felicitas. Feliciorq; meo iudicio Camillus exulans, q̄ temporibus hisdem Mallius, etiam si id quod cupierat, regnare potuisset: id Ephesius quoq; Heraditus adserens monet, & ab inertibus & ignauis, euentus uariante fortuna, superatos aliquoties uiros fuisse præstantes. Illud uero eminere inter præcipuas laudes, cum potestas in gradu, uel sub iugum missa nocendi sæuendiq; cupiditate, & irascendi Marte uictoris animi tropheum erexit gloriosum: ut autē in extremis bellis hic princeps fuit saucius & adficius, ita prospere succedentibus pugnis ciuilibus, tumidis & intestinis ulceribus reip. sanie perfusis horrenda, quo prauo proposito magisq; recto uel usitato triumphalis arcus ex clade prouinciarum sumptibus magnis erexit, in Gallijs & Pannonijs titulis gestorū adfixisse, quod stare poterunt monumenta lecturis. Vxoribus ab Spadonū gracilentis uocibus & Palatinis quibusdam

ni unq;

Æmulatus
sæuitiā Ca/
ligulæ &
Comodi.

Crudelis
Iulianus.

Fasces epi/
stolarum.

Felicitas
quidē.

Felicior Ca/
millus exu/
lans.

Sub iugum
mutare no/
cendi cupi/
ditatem.

Triumphal/
es arcus in
Pannonijs.

ni unquam tum adictus ad singula eius uerba plaudentibus, & quid ille aiet uel neget, ut assentiri possint: augebat etiam amaritudine temporum flagitatorum, rapacitas inexpleta, plus odiorum ei, quam pecuniae conferentium. Hocque multis intolerantibus uidebatur, quod nec causam aliquando audiuit, nec prouinciarum indemnitati prospexit. Cum multiplicatis tributis, & uectigalibus uexarentur. Eratque super his adimere facilis quae donabat, Christianam religionem absolutam & simplicem anili superstitione confundens, in qua scrutanda perplexus, quamque componenda grauius excitauit discidia plurima, quae progressa fusius aluit concertatione uerborum: ut cateruis antistitum iumentis publicis, ultero citroque discurrentibus pars modos quos appellant, dum ritum omnem ad suum trahere conatur arbitrium, rei uehiculariae succideret neruos: figura tali situ membrorum subniger, luce oculorum elata, cernensque acutum, molli capillo, rasis adsi due genis lucentibus ad decorum adusque pubem, ab ipsis colli confinis longior, breuissimis cruribus & incuruis, unde saltu ualebat & cursu, Polimito usque usus est. Prope necessitudines eius uehebatur, eique uehiculo insidens, quod portabat reliquias, ut principibus solet, annonae militaris offerebantur indicia: ut ipsi nominant proba, & animalia publica saginabantur, & ex usu crescebant. Hoc usui ut alia similia, erat eidem Louiniano imperium quidem, sedebat & adsumet umbratile, ut ministro rerum funebrium pertinebat.

Indemnitas,
Christiana
religio.

Res uehiculariae,

Incurua crura.

Polimitus,

AMMIANI MARCELLINI

RERVM GESTARVM LIBER
VIGESIMVS SECVNDVS.



VM haec in diuersa parte terrarum fortunae struunt uolubiles casus, Iulianus inter multa, quae per Illyricum agitabat, exta rimabatur adsi due, auesque suscipiens praescire festinabat occidentium finem, sed responsis & obscuris haerebat futurorum incertus. Eique tandem aruspinae peritus Aprunculus Gallus orator promotus rector, postea Narbo nunciauit euentus inspectu iecoris, & aiebat ipsi praedoctus, quod operimento duplici uiderat tectum. Cumque ille time-

Extarimae
Iulianus.

Iecur operi-
mento du-
plici tectum.

ret cupiditatis suae congruendi adfringerent, atque ideo mcestus omen multo praesentius ipse conspexit, quod excessum Constantij clare monstrabat. Eodem enim puncto, quo idem obierat in Sicilia, ipso milite, qui se incensurum, eodem quod exta manu erexit, humique prostrato exclamauit, ilico audiētibus multis, cecidisseque eum ad cultum & uelut fixa, tamen firmate consistens, intra terminos Daciae se continerebat, se quoque plurima pertimescens, nec enim cautum ducebat coniecturis credere forsitan in contrarium erupturis. Inter quae tam suspensa aduenere subito missi ad eum legati: Theolai phus atque Aligildus defunctum Constantium nunciantes, addentesque

Coniecturis
credere.

N n 4 quod